

Pi
1061

DE
**PAPATV HODIERNO
 ANTIQVVM OBTI-
 NENTE,**

QVAEDAM PRAEFATVS
 OMNES CVIVSCVNQVE ORDINIS
*MAECENATES, MVSARVM&VE NO-
 STRARVM FAVTORES*

AD

ACTVM ORATORIVM

De

Persecutione Evangelicorum in Archi-
 Episcopatu Salisburgensi nuper, eheu! facta, eorum-
 que numine Dei T. O. M. & Auspiciis Potent. Regis
 Borussiae in regni sui coloniam deductione
 habendum

a. d. X. Cal. Nov. ab hor. VIII. Matut. MDCCXXXII.
 Omni, qua decet, animi devotione

INVITAT

seque illis suamque opellam de meliori nota
 commendat

ELIAS MEHLHARDT

Scholae Barbyensis Con-Rector.



SERVESTAE,
 Typis CHRISTIANI BÖHMII, Illustr. Gymn.
 Anhalt. Typogr. 49

PAPATUTA DEDICATA

ET IN TUMULTUO

IN VENDE

QVATRINA PRAECEPS

QVATRINA CLOVIS CR



Q. D. B. V.

Postquam, quae DEI gratia est, per B. nostri Lutheri Reformationem Papistis turpitudine detecta est, non defuere ex ipsis Papistis juxta ac nostratibus quidam degeneres, qui ejus faciem cerussae beneficio imperitis commendare annisi sunt. Sed improbo consilio. Diffidendum quidem non est vel ipsos sedis Romanae praesules, quantum ad mores pertinet, nostra aetate non parum mutatos esse ab illis, qui olim fuere praeferunt Sec. X. omnium flagitorum sentina. Rationes hujus rei vid. in *Commentariis: Unsch. Magdebr. Tom. II. p. 173.* Deinde agnoverunt ex ipsis Pontificiis saniores cum nostrae ecclesiae Theologis non parvum eos, qui sub jugo Romano tenentur, fructum ex Reformatione sentire, magna parte insolentiae Paparum eorum-

eorumque tyrannidi derogata. Remitto B. L. ad ea
 quae consulo in hoc argumentum disputarunt D. J. F.
 M A Y E R in ecclesia Rom. Reformationis patrona & cliente,
 aliique. Ita ut vere dictum videatur Canonici cuius-
 dam Reformationis tempore effarum : Wenn Luther
 30. Jahr länger ausgeblichen wäre, so würden die
 Pfaffen die Bauren Heu fressen lassen und den Edel-
 Leuten die Stieffel zu schmieren gegeben haben. Quae
 cum ita sint, tamen meliorem idcirco factum Papa-
 rum nemo, nisi humillima assentatione & partium
 studio captus fatebitur. Tantum inde liquet labefa-
 ctatum eum esse & ad ruinam prouum urgente divi-
 na vindicta. Quemadmodum meritissimus de veri-
 tate evangelica nostrae aetatis Theologus D. V. E.
 LÖSCHER in tractatu germ. *De occultis Dei in Papatum*
judiciorum gravissime monet : Etenim quis equum mor-
 dacem omnibusque obviis insultantem meliorem
 tunc induisse naturam temere adseret, cum luxatum
 quodammodo & fiscellis insuper capistratum viderit.
 Tolle impedimenta, & videbis antiquum eum obti-
 nere. Reipublicae papisticae par ratio est. De do-
 ctrina prolixus jam esse nolo. Etsi scio, Hugonem
 Grotium dum inter Papistas degebat, Johannem Fa-
 bricum & Papisticos quosdam auctores Antichristo
 mirifice blandientes Papistarum in melius abiisse sen-
 tentiam, nobis persuadere conari. Quorum tamen
 nebulas supra laudatus Ven. D. LÖSCHER VS & in
 tractatu : *Abgefunder Demas Colloqu. III.* & in eo, qui
 de

De occultis Dei in papatum judiciis agit, tanto cum successu disjecit, ut nihil supra. Dum quidem primatus Papae ejusque in cognoscendis fidei causis, ut vocant, infallibilitas etiam supra Concilii auctoritatem, quamvis renirentibus quibusdam Gallis, adseritur; dum porro Concil. Trid. decreta confessionis publicae locum obtinent, usque eo in doctrina Papatus antiquum obtinet, quoquo tandem versus se vertant mitiores controversiarum tractatores. Frustra igitur est aliosque habere cupit in Regula sua fidei catholicæ Franciscus Veronius, distinguens inter ea, quae inter suos habeantur de fide quaeque non; neque attinget, ad quam contendit, metam, Protestantum scilicet in gremium ecclesiae suae reductionem, dum Papam caput & principem Episcopum per universum orbem, Christi Vicarium aliaque cuivis bono formidanda credere, de fide esse, non erubescit dcere p. 129.

Sed neque in moribus meliora secuti adhuc sunt Papistæ. Majorum potius vestigiis pertinaciter inhaerent. Praesertim si animum in dissentientes ad eorumque extirpationem tendentia, ne dicam Christianis, sed hominibus indigna molimina species. Testatur id sole clarus, quae hoc ipso anno in provincia Salisburgensi adversus veritatis diligentes exorta est tempestas. Saepius quidem jam inde a Reformatione occasio tulit technarum, calumniarum, mendacio-

daciorum saeviae denique violentiae manifestos tene-
re hos , qui Papam sibi defendendum sumserunt. Ista
videlicet ad animam papismi pertinent. Licet ea
non confessus sponte suislet auctor *commentarii*, quem
nuncupavit : *Remarques nouvelles sur le bref de sa Sain-
tete a l' Imperatrice. Romanae , inquiens , aulae mo-
rem esse hos , qui sibi quidquam dergant , ceu haereticos
infamare ; idocque ab ejus aulae ministris cavendum.* Ta-
men cum haec prope sine pari intra Rom. Imp. li-
mites occasio praesto sit , si ea ad describendum
quodammodo Papatus ingenium usus fuero , quis
abs re esse dicet ? Vera quae sunt , ea suomet robo-
re constant. E contrario desperatae rei satis firmum
indictum est , si veritatis praesidio diffisus ad insidias
verborum , ad illecebras falso ostentati quaestas , ad
minas , ad bruta fulmina , ad rapinas denique ac
caedes configias , iisque in adversarios saeviens tuae
causae velis consulere. Nihil enim absurdius quam
externa vi intellectum hominis ad suam sententiam
trahere velle , qui tamen cogi nesciis , ad nihil , praeter
abjectam simulationem istis perduci artibus pot-
est. Religio , praesertim , quippe quae Cicerone
teste jubet , ut *DEVM semper pura , integra & incor-
rupta mente ac voce invocemus* , cum quidvis potius ,
quam simulationem patiatur , quomodo ad eam
quis cogi possit per alias artes , nisi per demonstra-
tionem spiritus & potentiae , non liquet. Aut enim
verus est tuus de religione sensus , aut falsus. Si ve-
rus ,

rus, quid praestitum te Deo officii putas, si sup-
 pliciorum metu, opumve exspectatione velificati ti-
 bi homines ingentem hypocritarum exercitum adau-
 xerint? Sin falsus, cur non sufficit, te ipsum erro-
 re tuo perire? Quis te malignus genius ad alias te-
 cum una perdendos abripuit? Sed nihil pensi ha-
 bent istae Papistae. Christi exemplo hac in re dire-
 cte repugnat mos ejus, qui Vicarium se Christi
 jactitat. Ille ad docendum mittit Apostolos suos;
 hic ad diripiendum, praedandum, trucidandum.
 Sane, nisi me fallunt omnia, ejusmodi mos titulus
 est inustus fronti istius mulieris cuius imago sstitur
 Apoc. XVII, 5. Praesertim si in subsidium vocan-
 tur dicta: Apoc. XVI, v. 5. 6. 7. & 2 Thess. II, 4.
 Incidit quod in Seckendorffii Hist. Lutheran. me legere
 memini. Cum scilicet Inquisitionis cruentus ille
 senatus in Lusitania adversus Mauros anno Chri-
 1546. faeviret, ipsum Pont. R. a rege petiisse per
 litteras, uti ejus crudelitati resisteret, ne sanguinis
 effusi poena in se regemque provocaretur; cum
 tamen eodem tempore per administros suos adver-
 sus Evangelicos in Gallia, Belgio & Germania in-
 fanda supplicia statuerit. Habemus sane reum con-
 fitentem. Maurorum sanguinem effundere reli-
 gioni est; cur non potius Christianorum? Vim
 insuper cum nequitia conjungunt, certissime fore
 rati, ut, vis & nequitia quicquid impugnant, ruat:
 Nescii tamen, quod ista consuetudine fidem nobis
 faci-

faciant Augustinum jam olim Romanam ecclesiam
 descripsisse his verbis: *Tertia superest aetas ecclesiae*
per Antichristum ventura, qua nihil est perniciosus, quo-
niam & violenta & fraudulenta erit. Vim habebit in
imperio, dolum in miraculis. Citante B. Meijnero in tr. de
Ecclesia Secz. IV. Cap. V. Eae Papalis imperii artes
 olim fuere. Eaedem adhuc sunt. Imo si ingenium
 & internum robur species in deterius abiit cum
 quae olim facti jure inceptarunt, nunc publica legge
 fiant. Conf. Rev. D. LÖSCHER in jud. Dei adv. Pap.
 p. 30. Quondam cum adversus B. nostrum Luthe-
 rum ejusque συνεργούς pugnatum fuit, argumenta
 nulla, vel ficalnea saltim & in circulum rotata ad-
 ducebantur. Scripturae S. fere nulla auctoritas.
 Quippe ferro instructi, verbo opus non esse existi-
 marunt. Cum Lutherus coram Cajetano Augustae
 Vindelicorum se sisteret, nihil plane ad reducen-
 dum eum argumenti in medium prolatum fuit.
 Revocationem tantum & brutum obsequium urge-
 bat iste purpuratus. Quam misere doctissimorum,
 ut vulgo habentur, inter Monachos & assertorum
 Papalis auctoritatis conciones comparatae sint,
 quodque, si rhetoricationes vanas & in adversarios
 obtrectationes detraxeris, nil praeter pueriles nu-
 gas remaneat, legere licet apud Lud. Lucium in
 Hist. Jesuitarum p. 765. Graviter igitur quidam ci-
 vis Lipsia propter Evangelium anno 1523. expulsus
 ad Senatum Lipsiensem scripsit: *Lipsiensium oratores*

ex

ex verbo Dei nihil ad objectiones respondere posse, hinc ad convicia descendere. Seckend. l. c. vers. germ. p. 604.
 Nostra aetas non meliorem convincendi haereticos modum ipsis inspiravit. Exsulibus Salisburgensibus nil praeter sanctam ecclesiam obblateratum fuit. De Christi, Prophetarum & Apostolorum auctoritate altum silentium.

Integra colloquia, quae cum nostris sacrificuli habuere, hic apponere, ex iisque infastum convertendi methodum ostendere, nimium foret. Remitto B. L. ad Berolinenses aliasque relationes, quae inter alia Contin. IV. p. 27. narrant, quomodo quidam, vulgo, Capucini, qui ad convertendum Gappium quendam in carcerem venerant, nihil magis etiam atque etiam rogitarint, quam ut de Scripturis raseat, & suis potius placide disputacionibus lacquiescat. Quid vetat, cur hoc modo gravissimae vel ipsis Muhammedanis aliisque impostoribus rationes sint, quibus nos in verba sua jurare simili jure cogant. Argumenta igitur cum desint, transitur ad irritamenta. Suae, si Diis placet, veritati praesidium quaerunt in mendaciis. Blandiuntur, Satana auctore monstrant regna mundi eorumque gloriam. Matth. IV, 8. Minantur, fraudes moliuntur, calumniantur, persequuntur.

Pudet quidem, turpislimis machinationibus
 B has

has chartas conspurcare. Quae Lutherò contigebant illecebrae testes habemus ipsos hostes dicentes: Die Wittenbergische Bestie achte weder Geld, noch Ehre, sonst solte es daran nicht fehlen. *Mattheus in Vita Lutheri* p. 153. Taceo, quod Cajetanum in Romanae aulae invidiam incidisse, ipse Jesuita Maimbourgius testatur quoniam nullis ad capiendum cum B. Lutherum dolis & promissis usus fuerit, sed nimis sincerum se gesserit. *Conf. Seckend. l. c. p. 175.* Idem auctor p. 167. monet, quid sibi voluerit aureae rosae munus ad Electorem Saxoniae Fridericum a pontifice missum, citans videlicet ex epistolis pontificis pariter ac Cajetani ad Electorem sesqui pedalia illa verba, quibus istud beneficium tanquam summum commendant, & quantas igitur gratias pontifici debeat princeps optimus, ostendunt. Quas, ut Lutherum hostibus suis tradendo persolvat, ei auctor est papa in aliis litteris Carolo de Miltiz mandatis. *Ibid.* Methodum autem per largitiones & blandimenta convertendi non vitio querundam hominum, sed ipso Papisini ingenio tribuendam esse, non solum *Urbanus*, quidam *Cerri* in libro, quem inscripsit: *L' état present de l' eglise romaine*, ingenue confessus est, dum (*vid. Unsch. Nachr. de anno 1717. Ordin. 5.*) maxime opus esse, ait, ad reconciliandos haereticos, ut primum optimates persuadeantur blanditiis. *Peregre, praesertim Romanum abeuntes a summis Papae Ministeris, crebro conveniantur.*

Prote-

Protestantium principes per legatos vasros, blandos & Papae insuper fideles compellentur. Denique Academici doctores quavis arte, (par toute sorte de moyens,) ad amicitiam Romanensem perducantur. Sed etiam Salisburgenses nostri satis sunt experti. Gappio supra commemorato, quippe veritati cedentes, ut tantummodo se simularet Papistam, auctores fuerunt Monachi. Statim sese illum custodia liberaturos spoponderunt. Ne modo quidquam contra suas doctrinas loqueretur. At ille noluit. Idque rete. Mirum ni pudeat homines tam indigna cogitasse, nedum facere! Sed quid miror? Pejora perpetrant, ut suae tantummodo ecclesiae auctoritati consulant. Turpissimis calumniis fugillare non erubescunt, quotquot vel extremo tangere digito Romanensem περτον Φευθόν, monarchiam ecclesiasticam ausi fuerint. Ut infanda jam flagitia, quorum hinc inde singulis testes lucis reos egerunt, ex Flacii Catalogo testium veritatis non repetam, consideret modo B. L. quae Waldensibus, quae Hussitis, quaeque, quos vocant per Galliam, Hugo-nottis praeter omnem, veritatis speciem objecta fuerint scelera. Cum ipse Rainerus Sachonus in libro adversus Waldenses eos circa religionem secundum Symb. Apostol. recte credere, nec quicquam erroris, nisi odium adversus sedem Romanam hominibus inesse fateatur. Id quod caussae est, cur ipsis boni homines (gute, ehrliche Leute,) audiant. Conf.

B 2

Ven.

Ven. D. Zeibichii Progr. nuper edit. Witteb. 1732. De bo-
 nis hominibus. Nihilominus tamen apud alios rebel-
 les, πωγωνίδελαι, infandae libidinis & promiscua-
 rum nuptiarum homines dicti sunt. Secundum
 Arnoldi, caeterum in bonos omnes maledici, hac
 de re veram confessionem in Hist. Eccles. P. I. L.XII.
 Cap. V. Ad quem, ne alias aliis inustas infamiae
 notas hic commemorare opus sit, Lectorem able-
 go Lib. XIV. Cap. V. Lib. XV. Cap. V. §. 9. 13. Ne-
 que tamen is olim tantum apud Papistas mos obti-
 nuit, sed hodieque obtinet, & per praxin quoti-
 dianam abominandi tribunalis, quod inquisitio au-
 dit in publicam quasi legem abiit. In exsules no-
 stros, eheu, quot falsa crimina jecerunt, quasi
 venenata tela! Eadem crimina, quae olim in pri-
 mos Christianos mentiti sunt gentiles atheismum,
 conspirationes & id genus alia, imposuerunt illis ei-
 qui Christi de nomine dici cupiunt, ut falsis ex cri-
 minibus eo faciliorem caperent ansam opprimendi
 innocentes. Ita enim exsules evangelicos ex edicto
 quodam Serenissimi Bavariae Electoris, sapientissimi
 principis, nominare non dabito. A calumniis itur ad
 crudelissima supplicia, quorum exempla innumera
 mundus stupet. Ex quo enim clero impulso Fredericus II. Rom. Imp. Capitis & rogi poenam in
 Waldenses statuit, crudelitas apud Papistas pene
 laudi esse coepit, adeo, ut saepe levissima de cau-
 fa innocentis homines ad rogum damnarint. In
 Annam

Annam Burgium, qui Regi Galliarum, Carolo IX. a consiliis fuit ideo tantum rogi supplicium decreatum fuit, quod crudeles in Reformatos persecutio-nes sibi non probari his verbis testatus fuerat: *Non adeo leve ducendum illos cremane, qui inter flammam nomen IEsu invocarent.* Conf. Arnoldum l. c. Lib. XVI. Cap. VIII. *Quod caput integrum hoc pertinet.* Ex illo aparet, nullos prope suppliciorum modos ex-cogitare humanum ingenium posse, quin eos ex-perti sint ab illis nostrates. Exsilium inter levissimas poenas numerandum. Primi, quibus post Reformationem ea contigit calamitas fuere aliquot millia anno 1530. ex Lotharingia pulsii, qui in sil-vis vagantes gramine & fronde miseram vitam su-stantare sunt coacti. Vid. ibid. l. c. §. 25. Alias, praesertim capitis poenas, quippe in Historia ec-clesiastica satis superque obvias libens omitto. Philippus a Limborg in Historia Inquisitionis, in-star omnium auctorum, innumerata hac de re sup-peditabit exempla. Nostrae aetatis homines majo-rum suorum crudelitatis tantum abest, ut poeni-teat, ut potius eam imitari, quin vincere stude-ant. Thoruniensis laniena cui non in recenti me-moria est? Et quid dicam de Salisburgensibus no-stris? Nonne triste eorum exemplum probat, ni-hil esse tam durum, quod non malefanus Zelus aduersariis nostris suadeat? Profecto, nisi Imperii Rom. sanctissima jura obstarent & Dei singularis

providentia, Parisienses nuptias, aeternum gentis illius dedecus , in regione Salisburgensi eos revocaturos fuisse , quid est cur dubitemus ? Caedes nonne satis minati sunt , dum quosdam captivorum per aliquod conclave sanguine cruentatum sigillatim ducentes interrogarunt : Vtrum malint confessionem suam revocare , an secundum fratrum suorum exemplum capitis poenam luere ; dumque propter carceres truncaras quasdam larvas circum gestarunt , inclamantes crebro carnificem , uti in canes Lutheranos , ita enim vocabant eos , recte officio suo fungeretur ? Quae quamvis facta non sint , quis immania verbera famem , custodiam in foedissimis speluncis , liberorum flebiles rapinas , foeminarum gravidarum per durissimum frigus violentam expulsionem , telorum in imbelle vulgus barbaros jactus , aliosque id genus graves casus non morte ipsa pejores existimet . Ex his satis appetat eos , qui Papae hodie partium sunt , a majorum suorum moribus non magis abhorrere , quam quod eorum nequitiam crudelitatemque superare satagunt .

Sed ego prope limites programmati transgressus sum , quare ad Actum nostrum Oratorium transeo , cuius Oratores , bona spei quidam juvenes , ea , quae exsilibus Salisburgensibus contigerunt , more dramatico exposituri , sequenti ordine in conspectum prodibunt .

I. IOH.

- I. IOH. CHRIST. Klebing, Barbyensis-Saxo, Prologus, Summi numinis curam ecclesiae suae praedicans instituti rationem explicabit oratione germ.
- II. IOH. ANDR. GEBH. Bernuth, Roseburgo-Magdeb. Archiepiscopum in haereticos inventem Pontificisque auxilium implorantem acturus est sermone latino.
- III. IOH. CHRIST. Göpel, Kirchscheidango-Thur. Pontificis nomine Archiepiscopo animum addit, latine.
- IV. IOH. CHRIST. Fielitz, Barbyensis-Saxo tanquam Jesuita Archiepiscopo technas suppeditabit Carmine heroico.
- V. MICH. GOTHOFR. Schiele, Hadmerslebio-Magd. Aug. Conf. Theologi personam sustinens quaedam papismi trivola fundamenta subvertere conabitur sermone vernaculo.
- VI. IAC. CHRIST. Lambrecht, Hadmerslebio-Magd. ceu prudens Politicus Archiepiscopo saniora suasurus est Orat. gallica.
- VII. IOH. MATTH. Bernuth, Roseburgo-Magd. Declinator Papisticus exsules ad redditum hortabitur, germanice.
- VIII. IOH. NICOL. Adolph, Dodendorffio-Magd. Nomine cuiusdam exsulis, refutata Sacrificuli oratione, fratres ad constantiam hortatur. Germanice.

AKTIVI 1061

x3577495

(16) *


VDB

- IX. WERN. CHRIST. Wilcke, Barbyensis-Saxo
Oratorem agens ad Comitia Ratisbonensia mis-
sum ab exsulibus germanice verba faciet.
- X. ALB. IAC. ERNST May, Barbyensis-Saxo
Legatus Pot. Regis Borussiae coram legato Sa-
lisburgensi intercedet pro exsulibus, germ.
- XI. IOH. ARIB. Königke, Barbyensis-Saxo, instar
legati Salisburgensis priori respondebit, ea-
dem lingua.
- XII. IOH. CHRIST. HEINR. Hederich, miles
Caesareus, IOH. BARTH. FR. Göttling, &
CHRIST. FRID. Wilhelmi, ambo exiles,
patria autem Barbyenses Colloquium inter se
instituerunt, ultimo confessionem fidei recitante.
Versibus germ.
- XIII. IOH. CARL. Lambrecht, Hadmerslebio-
Magd. nomine Commissarii Borussici exsules
in tutelam regis invitabit, Carmine german.
- XIV. GEORG. FR. ERDM. Behns, Salzensis,
Epilogus, sub finem Deo & Principi nostro
nec non auditoribus gratias acturus est. Orat.
germ.

Plura breves chartae non patiuntur. Quare B. L.
Vale studiisque nostris favet. Dabam Barbyi
Non. Octobr. cīcō ccxxxii.

(o)





Farbkarte #13

B.I.G.

**DE
TV HODIERNO
IQVVM OBTI-
NENTE,**

AEDAM PRAEFATVS
S CVIVSCVNQVE ORDINIS
ATES, MVSARVM^QVE NO-
RARVM FAVTORES

M ORATORIVM

De
ie Evangelicorum in Archi-
burgensi nuper, eheu! facta, eorum-
ei T. O. M. & Auspiciis Potent. Regis
in regni sui coloniam deductione
habendum

*v. ab hor. VIII. Matut. MDCCXXXII.
qua decet, animi devotione*

IN V I T A T
suamque opellam de meliori nota
commendat

S MEHLHARDT olae Barbyensis Con-Rector.

SERVESTAE,
STIANI BÖHMII, Illustr. Gymn.
Anhalt. Typogr.

